

perpetuo esse cura, quā nos fiducia freti nihil his addimus,
sed ipsius benevolentia, quāvis ad nos ulla modo pertine-
re putaverit benigne committimus et committimus,
Quid. Prag: 14. Jan: 1592.

Cardinali Lencillo et in famili-
Mandoca. Rudolphus.

Quod in apostolico curia nuper instituta
de novo Pontifice eligendo consultatione gravissima
P. V. Roma id sibi summo studio propositum habuit,
ut in ista summā dignitatis sede id collocaretur, qui
eā dignam pietatem ac veritatem adferret, quibus vo-
luntate nobis et Augustae domui nostrae conjunctis es-
set magnopere gaudemus, ac de eo P. V. Rom. plurimum
laudamus. Quod verò his ipsi aliisq; occasionibus
p. nostri adeo studiū extendit, quod aliorum testi-
monio non sine voluptate accipimus, Nobis sine quā
gratissimum fuit, cui omnem irrecusantem grati ac me-
moris animi profectionem benigne pollicemur. Prag:
14. Jan: 1592.

Oratori Romano de intro,
ducendo Joanne de Medi,
cis in capellam re-
spondetur.
Rudolphus.

Nobilis. Literas tuas circas 29. Decemb: et 6. Jan:
scriptas quibus diligenter Nobis ac minutim ea perferri-
bis, quae istius se tibi concertatio de introducendis
in oratores in capellam Pontificiam Principibus obta-
lerit, recte accipimus, quae res recensentur, integre per-
necq; intelleximus. Cum autem ad dignitatem et exis-
timationem Caesarum, quam nos tuari equum est, hanc rem
magnopere pertinere judicaverimus, maturam con-
silio, ut de mente nostra tibi quid certi responderemus, tra-
ximus et excedimus. Discussis igitur et conside-
ratissimè compertimus, te iuxta mentem nostram, non solum
prudenter ac doctè, sed et fortiter fideliterq; pro
dignitate nostra, quam generatim tibi in amicitia de-
fendendam injunximus, ea egisse, dixisse, quaecumq; speciatim
in hoc casu, si consulti fuisset, prae monere, si
mandare potuisset, voluisset, ut in his quae
quam esse, in quibus nobis non abunde satis feceris.

Laudamus verò te plurimum, quod ea ita tra-
dideris ac gesseris, ut nemo eorum, cum quibus
res fuit tibi, se offensum merito sentiat. Cum il-
li ipsi in omnibus sese adductissimos ostendant, quo
nomine benigne organos affectum gerimus, ra-
tionibus abste allegatis, quæ nobis omnino pro-
bantur, eos superari, quod factum existimamus,
quam vehementi contentione malimus. Quoriam
verò huiusmodi occasiones sese offerre sapienter
speramus, quare, memineris singularem in Ecclesia
et Republica Christiana Nobis tanquam supremo Ec-
clesiae advocato ac primogenito præ ceteris qua-
libet, siue Regibus, siue principibus prærogatis
vanis à summo Deo concessam, ac tota ante oculos
nostrorum. Rem: imperatorum exemplo, totiusque orbis
consensu confirmatam continuatamque esse, ut illi
quæ præfulgemus, fieri iniuriam videatur, si quis
nos recensere aliorum Regum ordine aut ejus-
dem præstanti splendori nostro umbram obijcere,
vel ad momentum loco tam illustri velit. Ut enim
neque pacem in Ecclesia Pontifex cuius legatis et inter-
nunciis major atque eminentior apud Nos honore quam
aliis aliorum Regum ac Principum Legatis aut inter-
nunciis perpetuo constanterque habetur, sic neque pa-
rem dignitate in Republica capere habet, quam quidem
prærogativam constanter ac strenue, ubi res po-
stulaverit, defendere, quemadmodum nuper fecisti
perges. Rem facies et fide tua obquam de te habemus
opinionem dignam, quam majori tibi gratia nostra
cumulo benigne singulis appropiare. Praga. 4. Febr. 1591.

Oratori Romano de Salisburgerensi
ab de precedentia Romana
Rudolpho | titulo minor: |

192)
Nobilis. Cum de novis Cardinalibus brevi fortè desi-
gnandis sermo sit, speramus dabis, ut qui ei dignitati
destinentur mature intelligas, inter quos, si utriusque
episcopum Salisburgerensem recensere audias, quod
jam aliquis de eo rumor est, non quidem aperte
nostro nomine sed electioni exponere, sed hoc